

Vk  
1461







*De danis Philologis in Silesia  
infer. natis*

Vk  
1961

**MEMORIAM  
POLYHISTORIS CELE-  
BERRIMI,  
VIRI, de Re literaria MERITISSIMI,**

**DNI.  
CHRISTIANI  
WEISII,**

Gymnasii ZITTAVIENSIS florentissimi,  
per integros XXX, annos, RECTORIS fidelissimi,

*nec magis olim SUI, quàm totius LUSATIÆ,  
communis EPICHARMI,*

superiore annò beatè defuncti;

*D. XXIII. OCTOBR. hujus Anni MDCCIX.*

**ORATIONE PUBLICA,**

ex officiò gratæ Pietatis atqve Recordationis,  
cohonestaturus,

omnes Rei Literariæ PATRONOS be-  
nevolentissimos, FAUTORESQUE honora-  
tissimos, quibus GORLICIUM nobilitatur,

II

finitis Sacris matutinis

*in Auditoriò GYMNASII primariò  
frequentes adesse,*

& supremis **WEISII** honoribus favere  
dignentur,

observanter rogat imò flagitat

**M. SAMUEL GROSSER,**  
Gymnasii Rector.

GORLICH, TYPIS MICHAELIS ET JACOBI ZIPPERI.

BIBLIOTHECA  
POLONICAVIANA







Voties Elogiorum. quibus, solidâ multipliciqve rerum  
sive abstrusissimarum sive utilissimarum scientiâ, spe-  
ctatos Viros insignitos esse constat, indices evolvo:  
illud cæteris anteponendum omnibus existimo, quò  
appellantur POLYHISTORES. Licet enim non  
defuerint, qui eos salutarint PANSOPHOS: ipsi ta-  
men, quorum isthæc vox honoribus tribuebatur, tam  
superbi tituli impatientes erant: illustrem illum, nec  
Doctrinâ magis, quam modestiâ MAGNUM, imitati  
HEINSIUM, quem sapius, humanæ Eruditionis imperfectionem repu-  
tantem, exclamasse proditum est: QUANTUM EST, QVOD NESCI-  
TUR! Licet item CRITICORUM illos nomine cohonestare visum fue-  
rit aliquibus: postquam aciem iudicij nonnullos magis prodigaliter pro-  
fundere, quam rebus saluberrimis impendere siveisse, usu & experien-  
tiâ edocti sumus: cæpit passim Critici vocabulum fordescere politiorum,  
literarum studiosis & fautoribus: Polyhistoris vox ex adverbo cum anti-  
quitate venerabilis, tum significatione honorifica, & tantum à suspicione  
fastûs, quantum à ludibriò invidiæque remota cognoscitur. Nulla ergo  
gens est adeò inculta, & inerti studiorum liberalium torpens fastidiò:  
nulla regio tam à Musis aversa: quæ non, genuisse & fovisse Viros Poly-  
histores, summæ laudi gloriæque ducat. Exultavit vetus Latium *Corneliò  
Alexandrò*, atque *Julio Hyginò* Polyhistore: Exultavit Belgium *Erasmò*, *Lipio*,  
*Vossio*, *Serreriò*, *Gronovio*: Exultavit Italia *Manutio*, *Hermolaò Barbarò*,  
*Cælio Rhodigino*, *Petro Bembo*, *Majoragiò*, *Ferrariò*, *Paviniò*, *Ciampino*:  
Exultavit Gallia, *Brissonio*, *Scaligerò*, *Salmasio*, *Stephaniis*, *Turacò*: Exulta-  
vit Saxoniam: *Fabricio*, *Buchnerò*, *Schmidio*, *Taubmannò*, *Barthio*, *Reinsio*:  
Exultarunt Regionis aliæ Viris, quos multiplex Scientia, scriptis, doctri-  
nâ variâ locupletissimis, disseminata, verè Polyhistores probavit. No-  
stra, quam incolimus Lusatia, non quidem invidet vicinis disitisque,  
Regionibus clarorum Polyhistorum frequentiam: fortunâ tamen plus-  
quam novercante sua fata dispensari crederet, nisi & ipsa Polyhistores tu-  
lisset, aliarum Regionum Civibus æquiparandos. Habet sanè nostra et-  
iam Lusatia, quos exteris opponat, Viros omni studiorum genere cele-  
bratissimos: & hos inter omninò, quos citra adulationem aut iactantiam  
in signes Polyhistoras dixisse juvat, habet. Neque tamen plures conge-  
sturus, quam præsentis chartæ capiat angustia, inferioris hóc locò Lusa-  
tiæ Philologos attingam, quorum ejus urbes quasdam feracissimas fuisse,  
testes esse, possunt *Michaël Neander*, & *Basilus Faber*, Sorani, Viri verè  
*πολυμάτεσσι*; horum enim memoriâ clarissimo *Schultzio* aut *Hansio* à  
oblivione vindicandam reliquisse fas est: in Lusatiæ superioris saltem fi-  
lios inquiram Polyhistores. Atque horum quidem agmen ducit *Valen-  
tinus Trocendorfius*, quem vicinus urbi nostræ Pagus cunis excepisse, scho-  
la nostra imbuisse literis, & in Silesiæ totius usum sedulo formasse, gau-  
det & triumphat. Hic, cum nullam rei literariæ in Academiis partem  
intactam relinqueret: ad tantum emergebat eruditionis culmen, ut eum  
admirarentur Facultatum omnium Antistites, & summi Principes habe-  
rent in deliciis. Et sic, cum multa traderet discipulis, scivisse multa  
merito præsumitur. Obstabat saltem moles occupationum in dies ac-  
crescens, quò minus librorum, quales hæc ætate Polyhistores adornant,  
publica vulgaret Specimina, nunquam intermoritura. Fuit tamen, quam  
vis per modestiam videri noller, Polyhistor veri nominis. Huic adun-  
xisset fas est CASPARUM PEUCERUM, quem Budissa, Caput Regionis,  
protulit. Medicus is erat, sed in omni genere Discipularum versatissi-  
mus. Par erat Scientiâ multiplici ætatis suæ Professoribus: Prudentiâ  
Consiliorum aulicorum arbitris: exactâ rerum in orbe gestarum notitiâ  
Historicis: concinandorum carminum peritiâ Poëtis: dignissimus, quem  
Poly



Polyhistor celeberrimus *Melanchthon* sibi Generum ascisceret. Ac vel solum illud, quod de variis Divinationum generibus elaboravit, opus, documento esse potest, qualis atque quantum Polyhistor fuerit. Atque utinam non falcem in Theologorum messem, inausulto Scientiæ abusu, immisisset: famam sanè nullis obscuratam reliquisset maculis. Sed hæc ipsa fuit Polyhistorum quorundam omni fere tempore proterva intemperies, quod Rationis aciem, cario volatu, supra rationis Sphæram temerè protrudunt, & sic, alis liqvefactis, ignominiosò lapsu decidunt. Peucero non iniquè *Bartholomæum Scultetum*, Gorlicensem substituiimus. Nam hunc munus, quò in Patriò Gymnasio egregiè defunctus est, Philologum: Consularis Dignitas, incomparabili consiliorum copiâ, quin & Legationum in aulam Cæsaream felici expeditione parata, ac splendor equestris in familiam illatus, Politicum: Scriptorum amœnissima varietas insignem Mathematicum, Historicumque, comprobavit. Certè, si Varronem Polyhistorum non falso jactat Latium: Scultetò Polyhistore Gorlicium latari potest, atque sibi plaudere. Non enim iis, quibus urbem cingi muris cernimus, conclusâ fuit gloria Sculteti: sed ad remotissimos procurrit exteris. Testantur illud literæ complures, ex Italiâ Sculteti implorantes opem & consilium: in primis eæ, quas à celeberrimò Heroë, *Zyhone Brabeo*, scriptas, *Funicus*, Collega noster, possidet autographas. Debet etiam Gorlicio res literaria *Joachimum Meisterum*, cujus eruditionem profundissimam in omnes fere cœli Plagas emanasse novimus. Inclarescebat enim Francofurti atque Witebergæ ita, ut certamen inter Regiones atque urbes esset, eamquam Virò isthòc frui vellet Numinis divini gratia? Alliciebat eum Lauba: sed fortunæ lautioris Spe lactarum Elbinga, Borussiae urbs, avocabat. Invitabat eum, ut Hercynium culturâ literarum illustraret tractum, Gœttinga: Patria urbs autem eum inde repetebat. Tandem Nisso Virum celeberrimum Visurgis invidebat, &, amplissimis conditionibus oblatis, Bremam pertrahebat. Quare, cum ubique locorum, laudem insignis Philologi, disertis Rhetoris, celebri Historici, Poëtæque felicissimi retulerit: Lusaticorum Polyhistorum profectò non postmeruit est. Neque in Theologorum Ordine Lusatiæ superiori defuerunt Viri Polyhistores. Exemplo est *Gregorius Richterius*, Pastor olim nostratis Ecclesiæ Primarius. Hujus enim Axiomata *Politica, Oeconomica, Ecclesiastica* atque *Historica*, non magis multijugam testantur rerum selectissimarum copiam, quàm acre judicium. Et plures possem allegare Viros facti Ordinis, nisi, gravitate muneris, cœlestibus intenti, esse maluissent Polyhistores, quàm ambitiosè videri. Multos enim Polyhistorum scientiam possidèrè malle, quàm disseminare, hodiernum probat Vir eruditissimus, Dn. M. *Salomon Hausdorffius*, Pastor Bernstadiensis meritissimus. Hunc quisquis novit penitius: meritò Agellium Christianum, dixerit. Sed quia, subvereor, ne hujus generis Virorum Modestiam ruborem æliciam: Politicorum Ordinem aggredior. In his primus occurrit *Christophorus Manlius*, Rerum Lusaticarum Scriptor planè tertus & emunctus. Opus ejus Vetustissimis Scriptoribus Historiarum nec splendore, verborum, nec decorò rerum ordine, nec judicij sublimate cedit. Dignum omninò, ut, blattis atque tineis surreptum, typis exprimentum, committatur. Atque utinam labori huic manum admovent Polyhistor solertissimus, Dn. *Gottlob Cranzius*, Gymnasij Elisaberhani apud Vratislavienses nuper constitutus Rector & Inspector: non Lusarum se nativitate saltem, sed Affectu quoque comprobaret. Neque faller fidem, sapius huc usque datam: si vitam & vires ipsi DEUS, (quod ex animò precamur) prorogaverit. Laubanensibus inter Theologos *Martinus Bohemus*, quem ipse B. Carpzovius Polyhistorem Theologicum, in Præfatione Contemplationis Theologicæ de Homine, salutat, obtigit. Sive enim institutione judicentur Polyhistores: profecit hic Bohemus, simul atque studia do-

mi



146 72  
m. gnaviter exulta extra limina protulerat, sub *Paulo Fabricio* Viennensi, *Sturmioq;* Argentinenſi Professore Polyhiſtore; ſive Converſatione hominum clariffimorum æſtimentur: Florem juvenutis hic Bohemus in contubernio hominum poliſſimorum, neq; dignitate modo, verum eruditione etiam illuſtrium, conſumſit; ſive tandem ſcriptis innotescant: Scripta hic Bohemus plurima reliquit, in quibus Theologia, omnium Scientiarum famuloſa ſtipata, eruditionem Viri hujus inexhauſtam comprobat. Illuſtravit quoq; Laubam Stirps CNEMIANDRORUM, quos Germani *Hofmannos* nominarunt. *Joachimus* enim *Cueniander*, primum Laubanenſis Reipublicæ Orator, ſeu, ut hujus ætatis ſtylo utar, *Syndicus*: deinde Eccleſiæ *Cotbuienſis*, Paſtor, atq; Reverendi Miniſterij ejuſdem Dioceſis Inſpector: *Petrum*, *Davidem*, & *Martinum* filios progenit, famæ celebritate Marchiam Boruſſiamq; pervagatos. Atq; Patri quidem debet Luſatia Chronicon ex monumentis publicis exquiſitiſſimè collectum: in quò, quicquid dignum memoriâ, & publicæ rei proficuum cognoviſſetur, invenias. Et ſi quis munus, quod in Foro atq; Chorò pariter ornavit, invicem cononat: Theologum inter Politicos: Politicum inter Theologos, utrumq; tandem inter Poëtâs & politicorum literarum Arbitros invenire, invenit ſeſe Polyhiſtorem fatebitur. Et fuit omnino Lauba omniferè tempore vicinarum urbium hoc nomine minus infelix æmula, quod hominum eruditiffimorum non formatrix ſaltem extitit, ſed Genitrix. Quare non Jure-Conſultos ſaltem *Melzerum*, *Tſchanterum*, *Wirſebium*, *Zeidlerum*, *Albinum*: Medicosq; *Feigium*, *Fabricium*, & noſtri ſeculi Helmontium B. *Martinum Heerium*: verùm eos etiam matrum eduxerit uterò, quos Polyhiſtores vocarunt, qui de hominum multiplici Scientiâ, ut par eſt, judicant. Sed, ſicut ſtellæ cælum adornantes, tenebroſis nubibus obductæ occidunt: ſic Viros quoq; Polyhiſtores extinguit, & ſub umbras rapit lex mortalitatis, generi humano nullis Medicorum artibus conſiliisq; planè declinabilis. Vidit enim urbium Luſaticarum Soror dilectiſſima *Zittavia*, ſuperiore aino, morte, quantum non omnino præmaturâ, omnibus tamen deſſendâ, ſurripi Polyhiſtorem clariffimum, DN. CHRISTIANUM WEISIUM. Quem, ſi, quis fuerit, in tantâ famæ gloria, quicquam ignoret: jam dignus eſt, qui neſciat. Non enim verbis opus eſt, cum rerum adſint teſtimonia innumera, ad confirmandum: WEISIUM fuiſſe Polyhiſtorem, eò celebriorem aliis, quò ſollicitus in id incubuit, ut non ſurtim defoderet multiplicem, quam, DEO ceptis annuente, conſecutus erat, ſcientiam, ſed omnium offerret uſui. Verendum equidem eſt, ne Momos Zoilosq; clarorum Virorum famam temerè rodentes, Polyhiſtoris Elogium Gymnaſij præfecto vindicare auſus, provocare videar; ſed parùm moror invidorum ſpicula. Habeo ſtantem, à meis partibus *Clariffimum Mollerum*, Polyhiſtoris Morhoſiani Editorè, ſolertiſſimum. Hic jure vocari eos omnes Polyhiſtores concedit, qui non in uno tantum literarum, ſive elegantiorum, ſive ſublimiorum genere, diligentius aliis verſati ſunt: aut, ſi pluribus vacare libuit, ſtudiò ſaltem, fugitivo atq; deſultoriò ea delibarunt; ſed accuratam atq; ſolidam, adepti ſunt notitiam. Talem ergo WEISIUM fuiſſe, probant ſcripta, probant inſtitutionis feliciffimæ exempla, probant etiam commercii quod cum ipſo viris eruditis contigit, experimenta plurima. Cum ergo tantus VIR non ſolam *Zittaviam*, ſed *Luſatiam* univerſam ſplendide nobilitaverit: cum de re ſcholæſtica, ſi quicquam alius, ætate noſtrâ optime meruerit: cum, præter alios innumeros, me quoq; ſibi plurimum obſtrinxerit; Alumni non proſus ingrati deſuncturus partibus, in ejuſ Memoriam nonnulla publicè diſſerere conſtuiti. Hinc Vos, Urbis noſtræ Proceres, ac Cives literarum amantiſſimi modeſtè ſtagito, ut craſſina DEO volente Die, ſinitis Sacris matutinis, beati WEISII Elogia vacuis excepturi auribus, conveniatis. Multum excitabit ad ſedulitatem Juvenes veſtra frequentia: ſi, communem hunc *Luſatie* Præceptorem, etiam poſt ſata, diligèſſe celebrariq; ſenſerit, P. P. è Gymnaſiò D. XIX. Octobr. A. MDCC. IX.





ff,  
ii-  
n-  
O-  
ta  
m  
r-  
o-  
n-  
ca-  
os  
ca-  
et  
n  
s,  
r,  
-  
e-  
hi  
d  
r,  
-  
s  
r  
-  
s  
-  
a  
s,  
l-  
s  
i  
d  
-  
n  
e  
-  
n  
-  
i  
o  
-  
e  
-  
e  
-  
d  
s  
t  
,

Pon V<sub>K</sub> 1467, FK

f ✓

V D 18

ULB Halle  
004 527 95X 3







*De dans Philologia in Lusat.  
infer. nates*

Vk  
1461

**MEMORIAM  
POLYHISTORIS CELE-  
BERRIMI,**

*VIRI, de Re literaria MERITISSIMI,*

**DNI.  
CHRISTIANI  
WEISII,**

**TTAVIENSIS** florentissimi,  
K, annos, **RECTORIS** fidelissimi,  
**VI**, quàm totius **LUSATIÆ**,  
annis **EPICHARMI**,  
ore annò beatè defuncti;

**CTOBR. hujus Anni MDCCIX.**

**ONE PUBLICA,**  
Pietatis atqve Recordationis,  
coloneftaturus,

erariae **PATRONOS** be-  
FAUTORESQUE honora-  
as **GORLICIUM** nobilitatur,

is Sacris matutinis  
**GYMNASII** primariò  
eguentes adesse,

**EISII** honoribus favere  
dignentur,

inter rogat imò flagitat  
**MUEL GROSSER,**  
Gymnastii Rector.

**MICHAELIS ET JACOBI ZIPPERI.**

BIBLIOTHECA  
POMERANIANA

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK  
HALLE  
(SALE)

